

Giuseppe Marcellino

Riscrivere l'*Historia Augusta* nel Rinascimento:  
nuove ricerche sull'*Oratio Heliogabali* di Leonardo Bruni

Codici

F <sup>1</sup>	Firenze, Bibl. Laurenziana, 90 sup. 50, cc. 25v-29r
Mi <sup>2</sup>	Milano, Bibl. Braidense, AG.XI.46, cc. 100r-103r
Na	Napoli, Biblioteca Nazionale Centrale, VIII G 45, cc. 97r-102v
T	Trieste, Biblioteca Civica Attilio Hortis, I. 33, cc. 140r-143v
L <sup>4</sup>	London, British Library, Harley 3716, cc. 149v-153r
V <sup>3</sup>	Vaticano, Vat. Lat. 2936, cc. 64r-69r
(C)	Coburg, Landesbibliothek, ms. 7, cc. 36r-42v
(V)	Wien, Österreichische Nationalbibliothek, 3121, cc. 165r-167r
(A)	Milano, Biblioteca Ambrosiana, Y 91 sup., cc. 2r-6r
(M)	Venezia, Biblioteca Marciana, VI 134 (= 3565), cc. 27r-32r

---

Edizioni

Princ	Johannes Baptista Egnatius, <i>De Caesaribus libri tres [...], Heliogabali principis ad meretrices elegantissima oratio non ante impressa</i> , Venetiis, in aedibus Aldi, 1516 (& 1519)
Meursius	Johannis Meursii <i>Elegantiae Latini sermonis seu Aloisia Sigaea Toletana de arcanis Amoris et Veneris, adiunctis fragmentis quibusdam eroticis</i> , Lugduni Batavorum, MDCCLVII
Sommer	L. Bruni A., <i>Oratio Heliogabali ad meretrices</i> , ed. A. F. W. Sommer, Wien 1990
Viti	L. Bruni, <i>Opere letterarie e politiche</i> , a c. di P. Viti, Torino 1996

---

**1a)** Bruni, *Hel.* 1 (ed. Marcellino):

Incredibilis me libido habet, commilitones, et vehementem in me ardorem concitari sentio, cum multitudine vestra circumseptum me undique stipatumque conspicio. Quippe qui unam aut alteram vestrum intuens incalere soleam, quas nunc, cum tot libidine flagrantem, ac me in complexum provocantes oculos, tot procaces vultus, tot nuda pectora ac se ultro exhibentes papillas cerno, cupiditatis flammam in me ardere existimatis?

**1b)** Bruni, *Hel.* 1 (trad. Sommer):

*Eine unglaubliche Begierde ergreift mich, Kriegsgenossinnen, und heftige Glut fühle ich in mir sich regen, wenn ich mich von eurer Menge umringt, von allen Seiten festgedrängt sehe, denn wenn mir schon beim Anblick der einen oder der anderen von euch warm wurde, wie viele Flammen der Lüfte, meint ihr wohl, brennen jetzt in mir, da ich so viele von Begierde feurige und mich zur Umarmung herausfordernde Augen, so viele freche Blicke, so viele nackte Brüste und sich herausfordernd anbietende Busen vor mir sehe?*

**1c)** Bruni, *Hel.* 1 (trad. Viti):

*Un'incredibile passione mi domina, o commilitoni, e sento agitarsi in me un impetuoso ardore nel vedermi circondato e tutto intorno stretto da voi così numerose. E del resto, io che di solito mi riscaldo nell'osservare una sola o due di voi, quali fiamme di desiderio non pensate che brucino in me, ora che vedo tante donne ardenti di passione e occhi che mi provocano all'abbraccio, tanti visi audaci, tanti petti nudi e mammelle che spontaneamente si mostrano?*

\*\*\*

**2a)** Bruni, *Hel.* 12-13 (ed. Marcellino)

[12] Nec equidem video quid sordis huic verbo insit. Nam et milites quoque mereri dicimus et emerita stipendia, et honorem et praemia mereri et magna merita appellamus. Nec dubitandum est quin omnes, quae modo aliquid merentur, meretrices sint nuncupande, siquidem et illas, quae aliquid inveniunt, inventrices, et quae vicerunt, victrices recte appellamus. In eo dumtaxat differentia est, si non mercede pecuniaria, sed libidine flammaque allectae, sui copiam faciant. [13] Quod iam antea ne a quaquam fieret edixi, et, velut advocatis fori praetoriani salaria ex publico dari consueverunt nec a clientibus recipere quicquam possunt, ne, quod turpissimum est, alicui propter pecuniam negotium faciant, vel non faciant, sic ego omnibus meretriciam artem professis salaria publica identidem constitui, ne pecunia aut mercede aliqua sed gratuito ardore negotium faceretis.

consueverunt, nec  $F^1 M^2 Na T Princ$  (*ACMV Sommer*) : consueverunt ne *Viti*      possunt  $M^2 T (C)$  : possint  $F^1 Na Princ$  (*AMV Sommer*)      ne quod  $T M^2 Princ$  (*ACMV Sommer*) : ?? quod  $F^1$  : ne quid  $Na$  : nec quod *Viti*

**2b)** Bruni, *Hel.* 13 (ed. Viti):

[13] Quod iam antea ne a quaquam fieret edixi, et, velut advocatis fori praetoriani salaria ex publico dari consueverunt, ne a clientibus recipere quicquam possint, nec, quod turpissimum est, alicui propter pecuniam negotium faciant vel non faciant, sic ego omnibus meretriciam artem professis salaria publica identidem constitui, ne pecunia aut mercede aliqua sed gratuito ardore negotium faceretis.

*Ora, già da tempo ho ordinato che per denaro nessuna lo faccia, e, come si usa stipendiare a spese dello Stato gli avvocati del foro pretorio affinché non prendano niente dai loro clienti, e, cosa estremamente vergognosa, per il denaro non procurino fastidi ad alcuno, così, per tutte coloro che hanno abbracciato la professione di meretrici, io ho ugualmente stabilito stipendi a spese dello Stato, affinché voi vi concediate non per denaro o ricompensa alcuna, ma per spontaneo ardore.*

**2c)** Bruni, *De studiis et litteris*, p. 276 (ed. Viti):

Si quid igitur vel a comico non satis pudico argumento protexitur aut a satyro vitium aliquod apertius exprobat, ne legat hec mulier neve inspiciat!

**2d)** Bruni, *Isagogicon moralis disciplinae*, p. 228 (ed. Viti):

Sic ter gemina sunt vitia in conversatione hominum devitanda, ne adversatores odiosi sint neve rursus placentes adultores simus; ne fingamus ostentando neve rursus minuendo ironia utamur; neu procul ab omni iocunditate neve rursus ridiculi homines scurreque habeamur.

**2e)** Bruni, *Isagogicon moralis disciplinae*, p. 228 (ed. Viti):

equitas autem est ut nec plus commodi neve minus incommodi suscipiatur.

**2f)** Bruni, *De studiis et litteris*, p. 270 (ed. Viti):

Quod tamen ii soli facere consueverunt, qui nulla ipsi disciplina politiore imbuti neque intelligunt prestantiam ullam in litteris neque existimant.

**2g)** Bruni, *Oratio ad summum Pontificem Martinum V*, p. 806 (ed. Viti):

Consueverunt, Beatissime Pater, qui legationis officio fungentes sedem apostolicam et sanctissimam adeunt, quantum ipsi verbis oreque adniti possunt, exquisitissimis eam laudibus conari extollere.

\*\*\*

**3a)** Bruni, *Hel.* 19-20 (ed. Marcellino):

[19] Vos palam in aciem proditis, committitis proelium aperte, signa praefertis et classica. Illis vero, cum non tantum sit animi ut proeliari aperte queant, clanculum sine signis latrocinantur, domique et per vicos insidias tendunt incautosque aggrediuntur. [20] Quasi vero intra limina quidem aut in patriis dumtaxat laribus meretricari liceat, alibi vero non liceat, aut maioris sit gloriae in finibus suis praedam

capere, quam in alienis. Sed de mulieribus nostris ipse videro aliquando, experiarque profecto, an minus mihi Romae liceat quam philosopho nescio cui in sua quadam civitate, quam ipse sibi finxerat, licuerit.

19 praefertis *F<sup>l</sup> M<sup>l</sup> Na T*: praefectis *Sommer*: praeferentes *Princ Viti*  
At maioris *Princ Sommer Viti*

20 aut maioris *F<sup>l</sup> Na M<sup>l</sup> T* (AM):

**3b)** Bruni, *Hel.* 20 (trad. Viti)

Voi scendete in campo a viso aperto, attaccate battaglia apertamente portando innanzi le insegne e le trombe. Quelle altre, invece, non avendo tanto coraggio da poter combattere apertamente, rubano di nascosto senza insegne, e in casa e per le strade tendono insidie e assaltano gli incauti. Come se al di qua delle soglie o solo entro i patri lari fosse lecito fare le meretrici e invece non fosse lecito farlo altrove. D'altra parte –si obietterà– sarebbe gloria maggiore catturare la preda entro il proprio territorio che in quello altrui.

**3c)** Bruni, *Dialogi ad Petrum Paulum Histrum*, p. 94 (ed. Viti):

quasi vero aut ille solum philosophus fuerit, aut eius sententiae ita fixe sint, quasi eas Pythius Apollo ex sanctissimo adito suo ediderit.

\*\*\*

**4a)** Bruni, *Hel.* 25-26

[25] Sed iam ceteris omissis ad vos, commilitones, mea omnis convertatur oratio; quam rogo atque obsecro ut, cum pro vestra causa dico, benevole suscipiatis. Errat vehementer, iudicio meo, commilitones, si quis putat id tantum a vobis professionem vestram postulare, ut petentibus noctem aut concubitus non denegetis. Non enim hoc solum ars vestra efflagitat, nec dux ipse, cui militatis, Cupido, hoc contentus est, nec per hunc modum satisfieri sibi putat. [26] Non audacis nec generosi imperatoris est expectare impetum hostium, sed inferre. Vos obviam procedatis oportet. Vos alienae pudicitiae castra invadere ac omni arte omnique apparatu oppugnare debetis. Vos longe vagari a stationibus et praedam sollicitate perquirere; nec tantum compellere viros, sed etiam compellere ac, si opus sit, violentiam afferre.

25 convertatur *M<sup>l</sup> Na T* (CVM): convertitur *F<sup>l</sup> Princ Sommer Viti* rogo *F<sup>l</sup> M<sup>l</sup> Na T* (AMPV): oro *Princ Sommer Viti*  
26 Non audacis nec *F<sup>l</sup> M<sup>l</sup> Na T*: Non audiat nec *Sommer*: hunc audiat non *Princ*: Nunc audiat, non *Viti*

**4b)** Bruni, *Hel.* 26 (trad. Viti):

Ascoltatelo: non è da animoso generale aspettare l'assalto dei nemici, ma lanciare l'attacco [...]

\*\*\*

**5a)** Bruni, *Hel.* 33 (ed. Marcellino)

[33] Delectavit me nuper stantem pro ede Telluris mulier vestri exercitus non aetate sed usu exercitationeque veterana, cum adolescentem per medium forum transeuntem arripiens dissaviata fuit. Dii boni quantum laetitiae in foro, quantum risus ab omnibus exortum est. Repugnabat stultus adolescens rubore perfusus. At illa audax nihil verita quasi victrix exultans dissaviabatur, mordens etiam nonnumquam. A qua cum peteretur quid ita faceret, nihil aliud respondit quam se illum amare.

33 ede *F<sup>l</sup> M<sup>l</sup> Na T Princ* (AMPV) *Sommer*: sede *Viti* usu *F<sup>l</sup> M<sup>l</sup> Na T*: sensu *Princ Sommer Viti*

**5b)** Cic. *Philippicae*, 1.31.4

Tu autem, M. Antoni,—absentem enim appello—unum illum diem quo in aede Telluris senatus fuit non omnibus his mensibus quibus te quidam multum a me dissentientes beatum putant anteponis?

**5c)** Bruni, *Dialogi ad Petrum Paulum Histrum*, p. 84 (ed. Viti):

[...] in hoc uno tamen vos hebescere neque utilitati vestre satis consulere video, quod disputandi usum exercitationemque negligitis [...]

\*\*\*

**6a)** Leonardi Aretini argumentum in orationem Heliogabali ad meretrices (ed. Hankins):

[1] Heliogabalus Augustinus inter cetera notatae lasciviae flagitia omne genus hominum ad libidines cohortabatur et non solum privatim verum etiam publice. Qui et matronas Romanas per edicta sua crebro ad meretriciam invitavit collectisque ex Graecia atque Asia praestanti forma mulieribus lupanaria in Urbe complevit salariaque ex publico ordinavit. [2] Extat eius oratio ad meretrices habita, in qua commilitones illas appellat. Quo ioco aut serio fecerit incertum est. Nam cum puellae recens professae parum impigre sibi viderentur propriae artis munera obire, vocatas universas in contionem confirmandi et cohortandi causa sic eas allocutus est:

**6b)** Leonardi Aretini argumentum in orationem Heliogabali ad meretrices (ed. Marcellino)

[1] Heliogabalus Augustus inter cetera notatae lasciviae flagitia omne genus hominum ad libidines cohortabatur non solum privatim verum etiam publice. Quin etiam matronas Romanas per edicta sua crebro ad meretriciam invitavit collectisque ex Graecia atque Asia praestanti forma mulieribus lupanaria in Urbe complevit salariaque ex publico ordinavit. [2] Extat eius oratio ad meretrices habita, in qua commilitones illas appellat. Quod ioco an serio fecerit incertum est. Nam cum puellae recens professae parum impigre sibi viderentur propriae artis munera obire, vocatas universas in contionem confirmandi et cohortandi causa sic eas allocutus est:

1 Heliogabalus Augustinus *Hankins*: Heliogabalus Augustus vir  $V^3$ : ex historia Heliogabali Augusti  $TM^2$  notatae  $T V^3$   $M^2$ : notata  $L^4$  cohortabatur et non  $V^3$ : cohortabatur non  $TL^4 M^2$  quin etiam *scripsi*: qui et  $V^3L^4$ : quin et  $T M^2$  edicta  $T V^3$ : dicta  $M^2 L^4$  2 qua *om.*  $V^3$  appellat  $TL^4 M^2$ : appellavit  $V^3$  quod ioco an serio  $TL^4 M^2$ : quo ioco ac serio  $V^3$  vocatas universas  $T V^3 L^4$ : vocatas universam  $M^2$  allocutus est  $TL^4 M^2$ : allicitus  $V^3$

**6c)** Bruni, *Oratio in funere Johannis Strozze*, p. 708 (ed. Viti)

Providentissima certe atque optima lex dignaque Solonis auctoritate, qui et sapiens fuit unus e septem.

**6d)** Bruni, *Isagogicon moralis disciplinae*, pp. 214, 216 (ed. Viti):

Vides ergo, quam parum intersit inter hos duarum sectarum magistros. Quin etiam voluptatis patroni non multum ab his discedunt.

**6e)** Bruni, *Vita Ciceronis*, pp. 484, 486 (ed. Viti):

Postquam in Italiam rediit, cum multum tempus Brundusii reditum Caesaris expectans moraretur, numquam ad ipsum venire dignata est. Quin etiam Tulliole filie Brundusium eunti, nec una ire voluit, nec satis decentem comitatum puelle tradidit.